

pictura antiquorum scripserunt, id, vt in tam altis tenebris artium expectari fas fuit, satis explicarunt. Quod addit Anacreon *ἀν δύνηται*, recte id quidem. tabula enim naribus non fit, sed oculis.

*Ibid. v. 11. Ὑπὸ πορφύραισι χαίταις*] Nemo non viderit, legendum vnica voce, *ὑποπορφύραισι χαίταις* quod et monuit Stephanus.

*Ibid. v. 21. ὕγρον*] Scio, multa in hunc locum dici posse: sed libellum scribimus. Itaque vno verbo dicam, *ὄφθαλμὸν ὕγρον esse oculum vegeta quadam, et viuida, acie mobilem.*

*Ibid. v. 24. οἷα Πειθῆς*] Vnde illud vulgo dicere solebant de eo, qui factus ad persuadendum esset, *τοῖς αὐτῆ χειλεσιν ἢ Πειθῶ ἐπικαθήσθαι.* Lucianus in *Demonacte*, p. 860. *To. 1. Graeu.*, *Καὶ ταῦτα πάντα μετὰ Χαρίτων, καὶ Ἀφροδίτης αὐτῆς, ἔπραττέ τε, καὶ ἔλεγεν, ὡς αἰεὶ, κατὰ Κωμικὸν ἐκεῖνο, τὴν Πειθῶ τοῖς χειλεσιν αὐτῆ ἐπικαθήσθαι* *Et haec quidem omnia cum Gratiis, ac Venere, faciebatque, et dicebat, ita, vt, iuxta illud comici, Suada labiis ipsius insideret.* Admonebo hic studiosos, circa hanc vocem Πειθῶ ter erratum fuisse apud Philostratum in vita Apollonii; idque p. 278. 6, 6. Paris., 6, 11. p. 246. Olear., et quae illam sequitur. Pro Πειθῶ autem, et Πειθῆς, legendum Πυθῶ, et Πυθῆς. Fuit autem Pytho Apollinis Delphici oraculo, quod nemo nescit, clarissima. Alloquens Thespesionem Apollonius, sic loquitur, *Διῆλθές τινος, Θεσπεσίων, καὶ περὶ τῆς Πειθῆς λόγον, ὡς ἀπλῶς τε, καὶ ἀκατασκευάσως, χρώσης.* Interpres ita conuertit, *Attulisti praeterea, o Thespesion, de Suasionis deae templo rationem quandam, quod simplex, et sine apparatu, esse debet.* Quot verba in illa interpretatione sunt, totidem sphalmata sunt. Sic enim hic locus conuertendus fuerat, *Narrasti sermonem quendam de Suada, o Thespesion, eam scilicet simpliciter, nude, et sine apparatu, oracula reddere.* Verum in Graeco caue legas Πειθῆς neque enim vllus sic Suasioni locus: sed Πυθῆς, quae Delphorum vrbs est. Videlicet cap. superiori p. 270. 6, 5. Paris., 6, 10. p. 239. Olear., dixerat Thespesion, *Σκέψαι γὰρ τὸν Δελφικὸν κ. τ. λ.:* quae ibi commodius legan-